

Syntagma synodum oī Thessalonop.

mille persoluerent. Seruos quinqueginta equosq; totidem. Quoniam autem magnas iam radices miserat heresis illa monochelitarū: placuit tum imperatori: tum pontifici conuocari concilium. Sexta igitur synodus apud Constantinopolim celebrata: ad quam ualidius firmandā Agathonis pontificis oratores aduenerūt. Heresis magno consensu damnata. Quoniam autem tum pp urbis nobilitatē: tum pp propinquitatē harū paludium sepius nobis de Rauēna urbe: & habita metio est: & habenda. Hoc non omittendū uidetur. Creuerat ut libro quinto docuimus magnā in amplitudinē: Iaq; ad id deuenerat: ut Romano pontifici nō pareret. Nam quū ex primis patrū institutis oīs electio episcoporū ad clerum accedente consensu populi pertineret: Confirmatio autem ad pximū superiorē: ut pote ad archiepiscopū: Archiepiscopī ad primatē uel patriarchā. Primatis ad summū pontificē. Summi uero pontificis ad imperatorē. Rauēnē autem urbis Archiepiscopus nullū haberet superiorē Patriarchā. Eius confirmatio ad summū Pontificē iure ipso pertinebat: seruatusq; erat mos iste. Donec in immensum euecta in deliciis esse cœpit imperatorū: Quorū erat ius nō in episcopos solum: sed in ipsum quoq; pontificē: Facile ea ciuitas ab imperatore impetravit: ut statim delectus archiepiscopus: nulla habita confirmationis ratiōe: p confirmato haheretur: Inoleuerat mos iste ad usq; Constantīnū & Agathonē. Rauēna tēsq; Archiepiscopi diligere soliti suffraganeo sibi subiectos & cōsecrare. Nullū oīno neq; in eo qd' diximus neq; alia ulla ī re aduersus illos Romanō pontifici ius erat. Accidit autem ut Theodorus archiepiscopus siue innata homini fide ac uirtute: siue (ut nōnulli ferūt) cōmotus cleri Rauenatis pertulantia: & iniuriis: laudante eam rem Olympo Hexarcho eodemq; comite Romam p̄ficeretur. Ibi Theodorus solenni cōsensu se suamq; sedem Agathoni sediq; romanæ sumisit. Edidit aliud quoq; signū Constantinus pietatis in deum & in romanā sedem reuerētię. Nam quū antea romani pontifices romē delecti cōfirmationē ab ipatore expectarēt: ut supra libro. vii. docuimus: Is constantinus edictō pronunciauit: ut quem Clerus & populū: & exercitus Pontificem delegisset: Is sine alia confirmatione imperatoria pro pontifice haberetur. Dum uero hæc aguntur: tractatus concordia pacisq; inter langobardos & imperium dilatus. Quod quidem imperium ne diutius conquiesceret: noua Bulgaræ gentis examina ad Danubii ripas conscedere. Incertum habeo utrum illa gens fuerit ea quam supra Agelmundum lāgobardorum Ducem interfecisse docuimus: an ea: Quæ Zenone Isaurico imperium tenente Constantinopolis suburbana depopulata est. Nouam fuisse pleriq; uolunt. Quum igitur transire Danubium pararent eius gentis metu percitus Cōstantinus occurrere illis istituit. flumen omnibus cum uiribus transmittit: ut in ulteriori potius Missia &